

nisi ter ductæ sortes Monachis Bassiliensibus dedissent. Tu. TeMatrem. Ad Benedict. ant. Ascendit JOSEPH à Nazareth in Bethleem, ut profiteretur cum MARIA desponsatæ sibi uxore prægnante.

CANON.

Ex S. Ambrosio Episcopo.

In Evang. Luc. lib. 3. n. 4.

446. Censùs tempore ascendit JOSEPH de domo et de patriâ David, ut profiteretur cum MARIA, uxore suâ: Quæ ex eadem domo, et ex eadem patriâ professionem deserit, utiq; ejusdem tribus, et ejusdem patriæ se esse designat. Tu.

Die 22. Dec. ad Magnific. ant. O Rex gentium et desideratus earum, qui in Virginis utero thronum tuum posuisti, et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo: veni et salva hominem, quem de jimo formasti.

DIE XXIII. DECEMB.

Officium fit de ferid.

Die 23 Dec. ad Magnific. ant. O Emmanuel, Rex et Legisator noster, qui in utero intactæ Virginis conceptus fuisti, expectatio gentium, et Salvator earum, veni jam ad salvandum nos, noli tardare. Oratio de Uom. præced.

DIE XXIV. DECEMB.

IN VIGILIA SS. PARTUS B. V. Simplex.

Omnia non propria, ut in feriâ Offic.

AD MATUTIN.

Inviator. Hodie sciētis quia pariet Virgo, * Et manē videbitis partum ejus.

Hymn. Veni Redemptor... p. 100. Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio 1. c. 2. 18. Cum esset desponsata Mater JESU

MARIA JOSEPH, antequam convenirent, inventa est in utero, habens de Spiritu Sancto. Et reliqua.

Homilia S. Justini Martyris.

Apolog. 2. ad Imper. Anton.

Propheta Isaias scripsit his verbis: Stella ex Jacob oriatur, et flos ex Jesse radice erumpet. Stella autem lucida orta est, flosque ex Jesse radice prodiit, hic Christus. Eum enim Virgo quæ à Jacobo originem duxit, qui Judæ, quem Judæorum patrem esse dixi, pater fuit, Dei vi ac virtute peperit. Et Jesse genus quidem ipse ex oraculo et vaticinatione fuit, Jacobi autem et Judæ generis successione filius. Tu.

¶ Letamini cum beatâ et immaculatâ Virgine MARIA, et exultate in eâ omnes, qui diligitis eam: Gaudele cum eâ gaudio universi. ¶ Quoniam crastinâ die pariet nobis Regem angelorum, et Dominum dominantium. — Gaudele.

LECTIO 2.

Dei visad Virginem veniens obumbravit, fecitque ut Virgo gravida esset. Per Isaiam propheticus Spiritus hunc nasciturum asseruit: Spiritumque Dei nefas est aliud intelligi nisi Verbum, quod etiâ primogenitum Dei est: atque hic suo ad Virginem adventu et adumbratione eam gravidam effecit. Nomen autem JESUS hebraico sermone, græcum eum qui salutem dat, declarat. Tu.

¶ Videbitis, et gaudebit cor vestrum, et ossa vestra, quasi herba germinabunt. * Cum Virgo pariet Deum pariter et hominem. ¶ Cognoscetur manus Domini servis ejus, et indignabitur inimicis ejus. — Cum.

LECTIO 3.

Ubi verò nasciturus esset, quem-

admodum alius Propheta Micheas prædixerit, audite: Hæc illius verba sunt. Et tu, Bethleem terra Judæ,

nequaquam minima es in principibus Judæ: ex te enim exhibit dux, qui regat populum meum. Virgula autem est quidam in regione Judæorum, qui quinque et triginta millibus abest, in quo JESUS-Christus natus est: id quod etiâ intelligere potestis ex censibus, qui coacti sunt. Quirino primo, vestro in Judæâ Prælore. Tu.

¶ Sanctificamini hodie, et stote parate: * Crastinâ enim die Deus et homo * Nascetur Christus ex Virgine. ¶ Hodie sciētis, quia pariet Virgo, et manē videbitis partum ejus. — Crastinâ.

¶ Et auferet à vobis omnem languorem. — Nascetur. — Gloria. — Sanctificamini, usque ad v. Hodie. Deinde Officium fit Duplex.

AD LAUDES

et per horas antiphonæ.

1. Pariet Virgo * Salvatore, et Propugnatores qui liberet.

2. Pariet Virgo * absque ullo Virginitatis detrimento.

3. Quod nascetur * ex te, Sanctum, vocabitur Filius Dei.

4. Congratulamini mihi, quia cum essem parvula, placui Altissimo.

5. Congratulamini * mihi, quia de meis visceribus genui Deum et hominem.

CAPITULUM. Aggæ. 2. 7.

Hæc dicit Dominus exorcitum: adhuc unum modicum est... et veniet desideratus cunctis gentibus.

Hymnus. Creator alme. p. 101.

¶ Faciet Dominus novum super terram.

¶ Virgo pariet permanens Virgo. Ad Bened. ant. Et factum est, cum esset Bethleem MARIA et

JOSEPH, impleti sunt dies, ut Virgo pareret.

Oratio.

Ostende nolis per tuam pietatem immaculatam Virginis Partum, ut Filium ejus, quem Redemptorem læti suscipimus, venientem quoque judicem securi videamus, Dominum nostrum JESUM-Christum Filium tuum, qui tecum.

AD PRIMAM.

Ant. Pariet Virgo. Capit. Hæc dicit de Laud.

CANON.

Ex D. Thomâ Arch. Valentino.

Conc. 1. in Natal. Domi.

447. Descriptio præcipitur ab Augusto, et dum MARIA et JOSEPH describenti veniunt in Bethleem, disponente Deo, Christus ibidem nascitur, et vaticinium «Prophetæ» impletur. Tu.

AD TERTIAM.

CAPITULUM. Osa. 6. 3.

Quasi diluclum preparatus est egressus ejus, et veniet quasi imber nobis temporaneus et serotinus terræ.

¶ br. Veni, Domine, * Noli tardare. — Veni. ¶ Relaxa fascinora populi tui. — Noli. — Gloria. — Veni. ¶ Obsecro, Domine, ¶ Mitte quem misurus es.

AD SEXTAM.

CAPITULUM. Isai. 10. 24 et 27.

Noli metnere, populus meus, habitator Sion: adhuc enim paululum, modicumque, et... auferetur onus de humero tuo, et jugum de collo tuo.

¶ br. En ipse stat * Post parietem nostrum. ¶ En. ¶ Respiciens per fenestras, et per cancellos. — Post. — Gloria. — En.

¶ Veni Redemptor gentium. ¶ Ostende partum Virginis.

AD NONAM.

CAPITULUM. Isai. 16. 1.
Emitte Agnum, Domine, Dominatorem terræ de petrâ deserti ad montem Filia Sion.

ñ. br. Placare, Domine, * Attende et fac.—Placare, ÿ. Ostende, Domine, faciem tuam.—Attende.—Gloria.—Placare.

ÿ. Crastinâ die delebitur iniquitas terræ.

ñ. Et regnavit super nos Salvator mundi.

DIE XXV. DECEMB.

SOLENNITAT. SS. PARTU
B. MARIE V.

Duplex 1. Class. cum Octavâ.

IN I. VESPER.

Ant. 1. Regina pacis, Virgo MARIA, magnificata est hodiè vehementer. *Psalmi de Solemnit.*

2. Hodie fecit Dominus novum super terram; peperit Virgo permanens Virgo.

3. Virgo MARIA peperit Deum et hominem.

4. Virgo ante partum, Virgo in partu, Virgo post partum.

5. Levate capita vestra: ecce appropinquat redemptio vestra.

CAPITULUM. Luc. 2. 15.
Transeamus usque ad Bethleem, et videamus hoc Verbum, quod factum est, quod Deus ostendit nobis.

ñ. br. Quis cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit? * Deus ab austro venit et Sanctus de monte Pharam. ÿ. Domine, audi audientiam tuam, et timui: consideravi opera tua, et expavi.—Deus ab.—Gloria.—Quis.

In dieb. infra octav. non dicitur in Vesp.

HYMNUS 160. Br. Tolosatum patet oracula

Promissa priscis patribus:
En Virgo, quæ gravis Deo
Nobis parens parit Deum.

Toto quid orbe par fuit,
Virgo parens, homo Deus?

Quo nascitur partu puer,
Hoc nascitur mundi salus.

Ut nocte caligantibus
Cœlestis lumen temperet,
Velo legi vult corporis,
Hoc Virgo velum præparans.

Quod prima Mater perdidit,
Mater reformas altera:

Mors ipsa nobis profuit,
Dum vita per te redditur.

Per te Deo conjungimur
Cui corpus aptasii parens:
Per te Dei nos filii
Per te Dei fratres sumus.

Tu Dux Olympi prævia
Clausas diu pandis fores:
Nos exules, si nos amas,
Reddas paternis sedibus.

JESU, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine
Cum Patre et almo Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

Hæc Doxol. dicitur usque ad Purificationem.

ÿ. Scitote, quia propè est regnum Dei.

ñ. Amen dico vobis, quia non tardabit.

Ad Magnific. ant. Cum ortus fuerit sol, * videbitis Verbum Dei caro factum, et natum de MARIA Virgine, tanquam sponsam procedentem de thalamo suo, alleluia, alleluia.

Orat. de Laudib.

AD MATUTIN.

Invitator. Filium Dei natum de MARIA Virgine, * Venite, adoremus, alleluia, alleluia.

HYMNUS 161.

Gloriam nato cecinere Christo Angeli, et famam retulerunt, clarâ Voce Pastores nova concrepabant Gaudia mundo.

Editus sacro Patris ore semper,
Virginis castâ voluit sub alvo
Arcta naturæ tolerare factor

Munia nostræ.
Virgo portantem veneranda portat,

Lactat Lactorem, perhibet Parentem,

Spiritu prægnans operantis in se Mater opusque.

Veritas terrâ pietasque nata est,
Solvit et primæ maledictionis

Damna, pro spinis, tribulisque fructum

Terra ministrat.
Sit Decus summo sine fine Christo

Sancita quem Virgo genuit MARIA,
Qui Patri compar Spiritui Sancto

Regnat in ævum. Amen.

IN I. NOCT.

Ant. 1. Tanquam Sponsus * Christus procedens de thalamo Virginis. *Psalm. 8. Domina Dom. p. 4.*

2. Filius meus * es tu: ego hodiè genui te.

Psalm. 15. Conserva me. p. 25.

3. Benedicta tu * inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.

Psalm. 31. Beati. p. 27.
ÿ. Christus natus est nobis, alleluia.

ñ. De Virgine MARIA, alleluia.

Tres seq. Lectiones leguntur sine tit.

LECTIO 1. Isai. c. 9. 6.
Parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum ejus: et vocabitur nomen ejus Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis. Multiplicabitur ejus imperium, et pacis non erit finis: super solium David, et super regnum ejus sedebit, ut confirmet illud, et corroboret in iudicio et justitiâ, amodè et usque in sempiternum: zelus Domini exercituum fecit hoc. Tu.

ñ. Gloria in excelsis Deo, et in

terrâ pax hominibus bonæ voluntatis: * Quia Virgo peperit Salvatorem sæculorum. ÿ. Dies sanctificatus illuxit nobis, dies gloriæ, dies lætitiæ.—Quia.

LECTIO 2. Isai. 40. 9.
Super montem excelsum ascende, tu qui evangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem: exalta, noli timere. Die civitatibus Juda: ecce Deus vester. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, et brachium ejus dominabitur: ecce merces ejus cum eo, et opus ejus coram illo.

Sicut Pastor gregem suum pascat: in brachio suo congregabit agnos, et in sinu suo levabit: factas ipse portabit. Tu.

ñ. Hodie nobis cœlorum Rex de Virgine nasci dignatus est: * Ut hominem perditum ad cœlestia regna revocaret. ÿ. Beata Virgo, cujus viscera intacta meruerant portare Christum Dominum.—Ut hominem.

LECTIO 3. Is. 52. 4.
Hæc dicit Dominus Deus: In Ægyptum descendit populus meus in principio, ut colonus esset ibi: et Assur absque ullâ causâ calumniatus est eum. Et nunquid mihi est hæc, dicit Dominus, quoniam ablati sunt est populus meus gratis? Dominatores ejus iniquè agunt, dicit Dominus, et jugiter totâ die nomen meum blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illâ: quia ego ipse qui loquebar: Ecce adsum. Tu.

ñ. Partus et integritas discordes tempore longo, * Virginis in gremio fœdera pacis habent. ÿ. O Virgo et Mater, quæ virginitatem et partum tam valdè inter se diversa, in te conjuncta monstras.—Virginis.

—Gloria.—Partus. In diebus infra Oct. Virginis.

Ant. 1. Veritas * de terrâ orta est, et iustitia de celo prospexit. *Psal. 44.* Eructavit. p. 30.

2. Dominus * dedî benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum. *Psal. 43.* Domina. p. 30.

3. Beatus venter tuus. * benedictus fructus ventris tui. *Psal. 49.* Deus Deorum. p. 31.

ÿ. Verbum caro factum est. allel. ÿ. El habitabit in nobis, allel. Sermo S. Thomæ Arch. Valentini. *Concion in Nativ. Christi.*

LECTIO 4.

Aderat jam illa hora sacra, hora aurea, hora rutilans super omnia tempora benedicta: hora mundi solatio ab initio destinata: nox in suo cursu medium iter agebat, cum ecce virgineus undique vultus immutatur: rubent genæ coloribus, candidaque alioquin facies purpuratur tota, ita ut liliis candidis illam assimilare posses, purpureis mixtis rosâ. Fervido agitatur Spiritu, in-suetisque ardoribus beatissimâ illius anima inflamatur. Estuabat intus delicias, inundantesque gaudiorum impetus tenerum pectus portare nequibat. Tu.

ÿ. Osculetur me, Mater mea osculo oris sui, * Quia meliora sunt ubera sua vino, fragrantia unguentis optimis. ÿ. Incipe, Puer, risu cognoscere Matrem.—Quia.

LECTIO 5.

O Virgo benedicta! Anne isti sunt sacri partûs dolores? Istæ puerperii isolerribiles anxietates? Hæ torsiones, quas solent tali tempore suslinere prægnantes? Prænovit alia Puerpera sui partûs fœdicia: spiritû Dei plena, devotione fervida, manibus, oculisque in cælum levatis, genibusque flexis totam se Deo devovens, ipsius beneplacitum expectabat. Aderat Sanctus JOSEPH

novitate rerum perterritus, oransque et ipse silentio rei exitum attendebat: cum ecce virgineo elapsus utero decorus Infans, nudâ terrâ coram eis egulans palpitabat: Infans omnipotens, mirandus Infans, in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie Dei: Infans parvulus, et Deus immensus. Tu.

ÿ. Hodie per totum mundum melliflui facti sunt celi: * Quia nobis Virgo MARIA peperit Salvatorem. ÿ. Hodie nobis pax vera de celo descendit.—Quia.

LECTIO 6.

Qualis ex purpureâ aurora: gremio cum rutilans oritur sol, qualis radius, cum vitream penetrat fenestram, integramque relinquit. Qualis stella fulgorem, aut vernans rosa placidum ex se mittit odorem, talis decora Puella suo utero edidit Salvatorem. Adorat Mater, quem peperit Filium, et prius ut Deo devotum offert mentis obsequium, quàm ut puero exhibeat necessarium matris officium. Quis tuam, Virgo, explicet mentem? Quis tui cordis gaudium valeat reserare, cum Dei tui, Creatoris tui Matrem te vides et Virginem? Gaudium matris habens cum virginitatis honore. O partum stupendum! O partum mirandum! O partum denique qualem decet omnium Conditorum! Tu.

ÿ. O magnum mysterium, et admirabile Sacramentum! * Animalia viderunt Dominum natum jacentem in præsepio. ÿ. Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe Domini sui.—Animalia.—Gloria.—O magnum.

In diebus infra oct. Animalia.

IN III. NOCT.

Ant. 1. Peperit Virgo * Filium suum primogenitum, alleluia. *Psal. 59.* Deus repulisti p. 33.

2. Involvit eum * pannis, et inclinavit eum in præsepio, alleluia. *Psal. 101.* Domina exaudi. p. 42.

3. Non erat eis * locus in diversorio, et inclinavit eum in præsepio, alleluia.

Psal. 104. Confitemini. p. 43.

ÿ. Dilectus meus mihi, allel. ÿ. Inter ubera mea commemorabitur, allel.

Benedictio. Evangelica lectio sit nobis salus, et protectio.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 6.

In illo tempore: Impleti sunt dies MARIE ut pareret. Et peperit Filium suum primogenitum. Et reliq.

Homilia S. Maximi Episcopi.

Sermo 2. in Nat. Dom.

Hodie peperit MARIA, sed ipsa suum parturit Auctorem. Hodie edidit mundo hominem, quem non suscepit ab homine. Quid hoc est miraculi fratres? Nascitur caro de carne, non tamen generata per carnem, et secreto quodam incomprehensoque conceptu procedit de mortali feminâ divina progenies. Tu.

ÿ. Annuntio vobis gaudium magnum: * Natus est vobis hodie Salvator mundi. ÿ. Impleti sunt dies MARIE ut pareret, et peperit Filium.—Natus.

Benedict. Verba Sancti Evangelii doceat nos Virgo Mater Dei.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 8. c. 2. 15.

In illo tempore: Pastores loquebantur ad invicem: transeamus usque ad Bethleviam. Et reliqua.

Homilia S. Epiphani Ep.

De Laudib. B. M. V.

Gloria in Altissimis Deo, et in terrâ pax hominibus bonæ voluntatis.

Quapropter etiâ Pastores, qui ruri pernoctabant, hujusmodi glorificationem Angelorum audiverunt de Salvatore, et cæleri cursu properantes Lucam adoraverunt spectantes miraculum insolens: Ancillam Domini et Virginem in terrâ versantem evassisse sponzam cælestem. Ipsa enim et sponsa, et thalamus, et Dei Mater visa est in stabulo, quando peperit infantem Christum juxta prophetiam Isaia vocem, nempe puer natus est nobis, et filius datus est nobis. Tu.

ÿ. Beata Dei Genitrix MARIA, cuius viscera intacta permanent post partum: * Hodie genuit Salvatorem sæculi. ÿ. Genuit puerpera regem gaudia matris habens cum virginitatis honore: nec primam similem visa est, nec habere sequentem.—Hodie.

Benedictio. Per evangelica dicta deleantur nostra delicta.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 9. c. 1. 1.

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Et reliqua.

Homilia S. Cyrilli Alexandrici Ep.

Concil. Ephes. p. 1. c. 9.

Quod Verbum caro factum perhibetur, id aliud nihil est, quam quod perinde ac nos, carni et sanguini communicavit, nostroque corpore sibi adjuncto ex muliere prodierit, Deitate interim aut ex Patre nativitate non abjecta: mansit enim in ipsâ quoque carnis assumptione, quod prius erat. Hoc exachoris fidei doctrina ibique prædicat: hoc sanctos Patres sanxisse, eaque de causâ sacram Virginem Deiparam appellare nimis dubitasse constat: non quod Verbi natura, ipsiusque divinitas, ortûs sui principium ex

Sanctâ Virgine sumpserit; sed quod sacrum illud corpus animâ intelligente perfectum ex eâ traxerit; cui et Dei Verbum secundum hypostasim unitum, secundum carnem natum dicitur. Tu.

¶ Quis cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit? * Deus ab austro venit, et Sanctus de monte Pharam. y. Domine, auctivi auditionem tuam, et timui: consideravi opera tua, et expavi. —Deus.—Gloria.—Quis. *In diebus infra octav. Deus.*

Te Matrem Dei.

AD LAUDES.

Et per Horas Antiphonæ.

Ant. 1. Angelus Domini * apparuit pastoribus, et claritas Dei circumfulsit illos. *Psalmi de Dom.*

2. Nolite timere, * quia Virgo peperit hodiè Salvatore mundi.

3. Invenietis eum * pannis involutum et positum in præsepio.

4. Et facta est * cum Angelo multitudo militiæ cælestis laudantium Deum.

5. Gloria in excelsis Deo, * et in terrâ pax hominibus bonæ voluntatis.

Transeamus usque ad Bethleem: et videamus hoc Verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis.

HYMNUS 162. Brev. Rom.

A solis ortus cardine
Ad usque terræ limitem,
Christum canamus Principem
Natum MARIA Virgine.

Beatus auctor sæculi
Servile corpus induit,
Ut carne liberans
Ne perderet quos condidit.

Fæno jacere perituli,
Præsepe non abhorruit:
Et lacte modico pastus est

Per quem nec ales esurit.

Gaudet chorus cælestium,

Et angeli canunt Deo:

Palamque fit Pastoribus

Pastor, Creator omnium.

JESU, tibi sit gloria. etc.

y. Notum fecit Dominus, allel.

y. Salutare sumum, allel.

Ad Benedict. ant. Venerunt Pastores * festinantes, et invenerunt MARIAM, et JOSEPH, et Infantem positum in præsepio, alleluia, allel.

Oratio.

Omnipotens Sempiterna Deus, qui hunc diem per Partum Beate MARIE Virginis consecrasti: da populis tuis in hæc celebritate consortium, ut qui tuâ gratiâ sunt redempti, tuâ sint adoptione securi: Per eundem.

AD PRIMAM.

Ant. Angelus. *Capit.* Transeamus. *De Laudibus.*

y. n. br. Quæ hodiè Filium Dei peperisti.

Et dicitur per octavam.

CANON.

Ex Concilio Ephesino.

Part. 3.—Concil. Tom. 6. p. 4.

448. Natum est a Verbum Dei secundum carnem ex sacrâ Virgine, et æquæ ac nos homo factum est, non amittens esse (absit), sed existens quod erat, et in divinitatis natûrâ et gloriâ permanens. Tu.

AD TERTIAM.

CAPITULUM. Isai. 9. 2.

Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis.

n. br. Christus natus est nobis, * Alleluia, allel.—Christus. y. De MARIA Virgine.—Allel. Gloria.—Christus. y. Verbum caro factum est, alleluia.

n. Et habitabit in nobis, allel.

AD SEXTAM.

CAPITULUM. Isai. 9. 6.

Parvulus natus est nobis: et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum ejus.

n. br. Ego ipse qui loquebar, * Alleluia, allel.—Ego. y. Ecce adsum.—Allel.—Gloria.—Ego.

y. Parvulus natus est nobis, allel.

n. Et filius datus est nobis, allel.

AD NONAM.

CAPITULUM. Isai. 35. 4.

Dicite pusillanimes: confortamini, et nolite timere: Deus ipse veniet, et salvabit vos.

n. br. Magnum principium, * Alleluia, allel.—Magnum. y. Et regni ejus non erit finis.—Allel.—Gloria.—Magnum.

y. Benedicta tu inter mulieres.

y. Et benedictus fructus ventris tui.

- IN II. VESPER.

Ant. 1. Ipse invocabit me, * alleluia: Mater mea es tu, alleluia. *Psalmi ut in 2. Vesp. solena.*

2. Filius meus es tu, * allel. ego hodiè genui te, alleluia.

3. Dilectus meus mihi, * allel. inter ubera mea commorabitur, alleluia.

4. Virgo peperit Deum: * veniente gentes, et adorate Dominum, alleluia.

5. Christus * natus est hodiè in Bethleem Juda civitate David, alleluia.

Transeamus usque ad Bethleem, et videamus hoc Verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis.

n. Quis cognovit sensum ut in 1. Vesp.

HYMNUS 163.

Agnoscat omne sæculum,
Venisse vitæ Principem:
Post hostis asperi jugum

Apparuit redemptio.

Isaias quæ dixerat,
Completa sunt in Virgine;

Quem nuntiavit Angelus,

Redemptor orbis natus est.

Jesseæ radix floruit,

Et virga fructum protulit,

Parit MARIA Filium,

Nec esse Virgo desinit.

Quæ parturis Virgo Deum,

Alisque Mater ubere,

Amore quo tu diligis,

Fac diligamus Filium.

Dozologia de Octavâ.

y. Notum fecit Dominus, allel.

n. Salutare stum, alleluia.

Ad Magnificat. ant. MARIA * an-

tem conservabat omnia verba hæc confersens in corde suo. *Oratio de Laudibus.*

In diebus infra octav. Officium fit, etiam in festis, ut in die cum Psalmis de Feriâ occur.

De Dominicâ infra octav. fit in die, in qua incidat, nisi incidit die Circumcisionis Dom. quia eo anno omittitur.

DOMINICA

INFRA OCTAV. SS. PARTUS.

Scmidplex.

Non propria dicuntur ut in die.

In 1. Vesp. dicuntur antiph. ut

in 2. Vesp. SS. Partis.

CAPITULUM. Ad Galat. 4. 4.

Ubi venit plenitudo temporis misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

Ad Magnif. ant. Parvulus * natus est hodiè de MARIA Virgine, et vocabitur Deus fortis, allel.

Oratio.

Omnipotens sempiterna Deus, dirige actus nostros in benedictio tuo: ut Filium tuum unigenitum

quem de Beatissima Virgine MARIA natum læti suscepimus, fideliter imitantes, bonis operibus abundare mereamur. Per eundem Dominum.

AD MATUTIN.

Intrat. Filium Dei factum ex muliere, factum sub lege: * Venite, adoremus.

HYMNUS 164. S. Petr. Dam.
Gaudium mundi, nova stella cœli,
Procreans solem, pariens parentem
De manum lapsis, opem fer caducis,

Virgo MARIA.

Quem tremunt cœli, metuunt
abyssi,

Fluminum guttæ, maris et procellæ,
Laudat oceanus, venerat orbis,
Siringis in ulnis.

Lacte nutritur cribus angelorum:
Fertur innuptæ gemio puellæ,
Qui suâ lacte ditione terræ
Pondera librat.

Sit decus summo sine fine Christo,
Sancta quem Virgo genuit MARIA,
Qui Patri compar, Spiritui Sancto
Regnat in ævum. Amen.

IN I. NOCT.

De Epistolâ Beati Pauli Apostoli ad Galatas.

LECTIO 1. c. 4. 1.

Quanto tempore hæres parvulus est, nihil differi à servo, cum sit Dominus omnium: sed sub tutoribus et actoribus est usque ad præfinitum tempus à patre. Ita et nos, cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus servientes. Tu. ꝑ. Gloria in.

LECTIO 2.

At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda

vestra clamantem: Abba Pater. Tu. ꝑ. Hodie.

LECTIO 3.

Ilaque jam non est servus, sed Filius. Quod si filius, et hæres per Deum, sed tunc quidem ignorantes Deum, iis qui naturâ non sunt dii, serviebatis. Nunc autem cum cognoveritis Deum, imò cognitum sitis à Deo, quomodo convertimini igitur ad infirma et æterna elementa, quibus denot servire vultis. Tu. ꝑ. Partus et,

IN II. NOCT.

Sermo S. Agustini Episcopi.
Apud Bedam in Ep. ad Galat.

LECTIO 4.

Filius quidem, non Pater natus est de Virgine MARIA; sed nativitatem Filii non Patris de Virgine MARIA et Pater et Filius operatus est. Audistis, et quia planum et apertum est, intellexistis. Ecce Pater fecit Filium nasci de Virgine. Cum enim venisset plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, utique Pater Christum. Quomodo enim misit? Factum ex muliere, factum sub lege. Tu. ꝑ. Osculetur.

LECTIO 5.

Fecit ergo eum Pater ex muliere sub lege. Aut forte hoc movet, quia ex Virgine dixeram, et Paulus dicit ex muliere? Non moveat, utrum de Scripturâ dicitur, et ex Virgine, et ex muliere. Ex Virgine quomodo? Ecce Virgo concipiet ex utero, et pariet Filium. Ex muliere autem, sicut audistis, non est contrarium, proprietates enim locutionis Hebrææ, mulieres non corruptæ Virginitate, sed feminas appellare. Tu. ꝑ. Hodie.

LECTIO 6.

Quid est nativitas Filii ex Virgine MARIA? Certè assumptio formæ servi. Nunquid est aliud nasci

filio, nisi accipere formam servi in Virginis utero? Audi, quia hoc fecit. Qui cum in fornâ Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens. Videmus nativitatem Filii à Patre factam, sed quia ipse Filius semetipsum exinanivit formam servi accipiens, videmus nativitatem Filii, et ab ipso Filio factam. Tu. ꝑ. O magnum.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 6.

In illo tempore: Impleti sunt dies MARIE, ut pareret. Et peperit Filium suum primogenitum. Et reliq. Homilia S. Bernardi Abbatis.

In Vigil. Nativ. Domini.

O nova verè miracula! Conceptus fuit sine peccato, partus sine dolore, Mutata est in Virgine nostrâ maledictio Evæ. Peperit enim Filium sine dolore. Mutata est, inquam, maledictio in benedictionem, sicut prædictum est per angelum Gabrielem: Benedicta tu in mulieribus. O beata sola inter mulieres benedicta, et non maledicta! sola à generali maledictione libera, et à dolore parturientium aliena. Nec mirum, fratres, si dolorem non intulit Matri, qui dolores totius mundi tulit. Tu. ꝑ. Annuntio.

LECTIO 8.

Non solum sine pudore conceptus, et sine dolore partus, sed et Mater est sine corruptione. O verè novitas inaudita! Virgo peperit, et post partum inviolata permansit, fecunditatem prolis cum carnis integritate, et gaudium matris habens cum virginitatis honore. Habes iam majores divitias, habes gloriam ampliore. Mater est sine corruptione Virginitatis, et Filius sine omni labe peccati. Non cadit

in Matrem Evæ maledictio, non cadit in prolem generalis illa conditio: nemo mundus à sorde, nec infans cujus est unius diei vita super terram. Tu. ꝑ. Quis cogn.

LECTIO 9.

Crescunt miracula, multiplicantur divitiæ, thesaurus aperitur. Quæ generat, et Mater et Virgo est. Qui generatur et Deus et homo est. Sed nunquid dabitur sanctum quibus, aut margaritæ porcis? Abscondatur certè thesaurus noster in agro, et pecunia nostra in saculo reponatur. Operialur conceptus sine semine Matris desponsatione, partus sine dolore vagitibus parvuli, et mærore. Abscondatur et parturientis incorrupto legali purificatione, infantis innocentia solita circumcissione. Absconde, inquam, absconde MARIA, novi solis fulgorem, pone in præsepio, involve pannis infantem. Nam et ipsi panni nostræ divitiæ sunt. Tu. Te Matrem.

Ad Laudes et Horas omnia ut in die SS. Partic.

CAPITULUM. Gal. 4. 4.

Ubi venit plenitudo temporis misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

HYMNUS 165. Brev. Rom.

Quando venit ergò sacri
Plenitudo temporis,
Missus est ab arce Patris
Natus, orbis conditor:
Atque ventre virginali
Carne amictus prodit.
Vagit infans inter arcta
Conditus præsepia:
Membra pannis involuta
Virgo Mater alligat:
Et Dei manus pedesque
Stricta cingit fascia.

Sempiterna sit Beate
Trinitati gloria,

Æqua Patri, Filioque,

Par decus Paracleti:

Unius trinique Nomen

Laudet universitas. Amen.

ŷ. Notum fecit Dominus, Allel.

ŷ. Salutare suum, Alleluia.

Ad Benedict. ant. Dum medium
* silentium tenerent omnia, et nox
in suo cursu medium inter perage-
ret, omnipotens sermo tuus, Domi-
ne, à regalibus sedibus venit, allel.

Oratio ut supra. Ad Prim. Capit.
de Laudib. Canon. p. 113.

In 2. Vesper. omnia ut in die
SS. Part. Psalm. de Dom.

Ad Magnif. ant. Et Mater ejus
conservabat omnia verba hæc con-
ferens in corde suo, alleluia.

DIE XXVI. DECEMB.

DE II. DIE INFRA OCTAV.

Semiduplex.

AD MATUTIN.

HYMNUS 166. *Muret.*

O nox vel medio splendor die,
Cujus per tenebras Virginis integra
Ex alvo nitidâ sol novus emicat
Complens omnia lumine.

Æterno imperio qui regit omnia
Humanumque Deo conciliat genus,
Is nunc sub tugurii vilis operculo
Nascens pauperiem docet.

Pastores ovium, dum gregibus suis
Intenti vigilas excubias agunt,
Primi hunc angelico carmine nun-
tium

Lætis auribus hauriunt.
Grata est hand dubiè simplicitas
Deo,

Grata est vita dolis quæ procul om-
nibus

Rectum sponte sua perpetuò colit,
Et prisca retinet fidem.

Simplex ætherei Numinis unitas,
Quæ distincta eadem est, veraque
Trinitas,

Æternis viget semper honoribus

Et terrâ simul et polo. Amen

IN I. NOCT.

De Isaiâ Prophetâ.

LECTIO 1. c. 12. 1.

Confitebor tibi, Domine, quoniam
iratus es mihi: conversus est furor
tuus, et consolatus es me. Ecce
Deus Salvator meus, fiducialitèr
agam, et non timebo: quia fortitudo
mea et laus mea Dominus, et fa-
ctus es mihi in salutem. Tu. ŷ.

LECTIO 2.

Haurietis aquas in gaudio de fon-
tibus Salvaloris: et dicetis in die
illa: confitemini Domino, et invoca-
te nomen ejus: notas facite in popu-
lis adinventiones ejus: mementoſe,
quoniam excelsum est nomen ejus.
Tu. ŷ.

LECTIO 3.

Cantate Domino, quoniam magnifi-
cè fecit: annuntiate hoc in universâ
terrâ. Exulta et lauda habitatio
Sion: quia magnus in medio tui
Sanctus Israel. Tu. ŷ.

IN II. NOCT.

Sermo S. Fulgentii Ep.

De Laudib. B. V. in partu Salvat.

LECTIO 4.

Nativitas Domini nostri JESU-Chri-
sti totum mundum novâ adventus
sui luce hodiè perfudit. Hodiè de
celo Deus descendit ad hominem,
ut in cœlo homini præpararet ascen-
sum. Hodiè accepimus natum
Dei, Virginis Filium, omnium creden-
tium Salvatorem: Deus de Pa-
tre, homo de Matre, Deus ocellus,
homo manifestus. Et quoniam dia-
bolus per serpentem loquutus per
Evæ aures mundo intulit mortem:
Deus per Angelum ad MARIAM
pertulit Verbum, et cunctis sæculis
vitam effudit. Angelus sermonem
ejecit, et Christum Virgo concepit.
Tu. ŷ.

LECTIO 5.

O conjunctio sine sordibus facta,
tibi maritus sermo est, et uxor au-
riencia. Hoc splendore concipiur
Dei Filius, hæc munditiâ generatur.
Nulla fieri gravedo potuit concipi-
enti, nulla tristitia parturienti.
Qui enim venerat triste lætare sæ-
culum, ventris non contristavit hos-
pitiur. De colis medicus transiens
per Virginem post transitum suum
illksam fecit Virginem permanere.
Tu. ŷ.

LECTIO 6.

Qui enim disrupta corporum mem-
bra in aliis poterat integrare tan-
gendo, quanto magis in suâ Matre,
quod inventi integrum, potuit non
violare nascendo? Crevit enim ejus
partu integritas corporis, potius
quàm decrevit. Et virginitas am-
pliata est, potius quàm fingata. In
angusto corporis membro sustinuit,
quidquid sustinent cœli. Plena sunt
viscera, et nullum novit contagium
Virginis consciencia. Cum esset gra-
vida salubri levitate gaudebat: lu-
men enim quod intra se habebat,
pondus habere non poterat. Tu. ŷ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum
Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 7.

In illo tempore: Impleti sunt dies
MARIE, ut pareret. Et peperit Fi-
lium suum primogenitum. Et reliq.

Homilia S. Joannis Damasceni.

De Orthodoxâ fide libr. 4. c. 14.

Editur Christus sine Patre ex mulie-
re, qui ex Patre sine muliere natus
extabat. Et quidem quatenus ex mu-
liere secundum pariendi leges edi-
tus est: quatenus autem sine Patre
supra generationis naturam. Ac
rursus, quatenus consueto tempore,
novem expletis mensibus, et incli-
nato decimo, sua partui lex con-

stitit: quatenus autem sine ullo sen-
sus dolore generationis legem su-
peravit. Quàm enim voluptas non
antevit, nec dolor sanè in partu
sequutus est. Tu. ŷ.

Benedict. Crisus Partum colimus.

LECTIO 8.

Ex eâ itaque Dei Filius assumptâ
carne natus est: non homo Deifer,
Deoque afflatus, sed Deus incarnat-
us: non in Prophetâ morem effi-
cencia inunctus, verum totius ungen-
tis presentia: ut et illud quod fac-
tum sit, homo, et hoc quod unctus
est, Deus: non immutatione natura
sed unione secundum hypostasim.
Eccur ergò Dei Genitrix non erit,
quæ Deum incarnatum esse genuit?
Profectò verè et propriè Dei Ge-
nitrix est, et Domina, omnibusquæ
creatis imperat, quæ ancilla, ma-
terque exiitit Creatoris. Quemad-
modum autem ille, qui conceptus
fuit, eam, quæ concepit, Virginem
servavit: sic nascendo Virginitatem
illius incolumem custodivit: solus
per eam transiens clausamque con-
servans. Tu.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. ab Agnone.

Spinelli de festis et templ. Deiparæ.
Sancta MARIA ab Agnone, corrupto
vocabulo ab Agnone, quod illic
terminacione anguem ingentem
significat, ab ingenti ac lætifero an-
gue ope Deiparæ eo in loco verè
extincto nomen accepit: quo in loco
templum hoc grati animi monu-
mentum à Neapolitanis eidem Dei-
paræ esq; extractum, nomen ab ac-
cepto beneficio est inditum: Anno
ocingentesimo trigesimo tertio tem-
plo Sanctimonialium Ordinis Sancti
Basilii est adjunctum. Quæ postea
eo relicto in Sancti Gaudiosi mona-
sterium Ordinis Sancti Benedicti
commigrarunt unâ cum pulcherri-
mâ Sanctæ Virginis Imagine, ad

cujus pedes anguis visitur, cum ipso pariete in quo erat depicta. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex S. Hippolyto Ep. et Marlyre. *De Consumm. Mundi.*

449. Cum Salvator mundi genus humanum salvare decrevisset, ex immaculatâ Virgine MARIA natus est, et in figurâ carris hostem conculcavit suâ divinitatis propriâ potentia. Tu.

Vespera ut in 2. SS. Par. orat. de sequenti.

DIE XXVII. DECEMBER.

PAUPERATIS B. M. V.

Duplex.

Omnia ut in die SS. Partis, nisi transferatur extra Oct.

Oratio.

Infunde, quæsumus Domine, in cordibus nostris Spiritum paupertatis, quo beatissima Virgo MARIA semper tibi servivit, ut terrens divitiis viriliter contemnent, thesauros celestes totâ mente appetamus. Per Dominum..... ejusdem Spir.

IN I. NOCT.

De Epistolâ primâ B. Pauli Apostoli ad Timotheum.

LECTIO 1. c. 6.

Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientiâ. Nihil enim in utilissimum in hunc mundum: haud dubium, quod nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, et quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia, et nociva, quæ mergunt homines in interitum et perditionem. Tu. R.

LECTIO 2.

Radix enim omnium malorum est

cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt à fide, et inseruerunt se doloribus multis. Tu autem, ô homo Dei, hæc fuge; sectare vero justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in quâ vocalus es, et confessus bonam confessionem coram multis testibus. Tu. R.

LECTIO 3.

Divitiis hujus sæculi præcipe non sublimè sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum: bonè agere, divites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam. Tu. R.

IN II. NOCT.

Ex Verbis S. Bonaventuræ Ep. in Speculo B. Virginis. c. 4.

LECTIO 4.

MARIA tenuissima fuit per pauperlatem. Ipsa enim est, de quâ dicitur: Invenierunt MARIAM et JOSEPH, et Infantem positum in præsepio. Pastores pauperes invenerunt pauperem MARIAM Matrem, pauperem infantem, in paupere loco, non in composâ curiâ, sed in paupere præsepio. Quæ utique pauperula Mater bonum hospitium habuisset, si pauper non fuisset. Tu. R.

LECTIO 5.

Ista dum diligenter attendis, pauperlatem MARIE diligenter perpendis, de quâ Joannes Chrysostomus habet: vide paupertatis MARIE magnitudinem, et quicumque pauper est, accipiat consolationem. Quicumque cerè propter Deum pauper est voluntariè et libenter,

vel etiâ quicumque pauper est necessariè, et patienter, multum consolari potest de paupertate MARIE, et de paupertate Christi. Tu.

LECTIO 6.

Ab illâ consolatione iniqui divites longè sunt, quia longè aliam querunt. Undè Salvator dicit: vobis divitiis, qui habetis hic consolationem vestram. Nolo tamen desperare divites, quia non solum pauperes pastores, sed etiâ divites reges MARIAM, et pauperem Filium ejus invenerunt, sicut dicitur in Matthæo. Sic illi divites ipsos invenerunt, qui munera obtulerunt. Pauperes verò consolationem istam invenerunt per pauperlatem, divites per liberalitatem. Tu. R.

Homilia ut in de 8. Novemb. Pauperes Spir. p. 430. Cum. R. SS. Partis.

CANON.

Ex S. Joanne Chrysostomo.

Cap. 2. Matth. hom. 2.

450. Mater Christi vivit unicam unam habebat, non ad ornamentum corporis, sed ad tegumentum nuditatis proficiente, quam habere poterat uxor carpentarii, et hæc in peregrè constituta. Tu.

Bened. 8. Cojus Pauperlatem colimus.

LECTIO 9.

Commem. B. V. de Consolatione.

Petrus Canisius De Deipara libr. 3.

c. 24.

Templum Virginis sanctissimæ de Consolatione, ut vocat, exat Romæ, et à multis frequenter aditur, nomenque ab ipso evento inditum servat. Etenim agroti, et afflicti, qui cum gravissimis morbis, et maximis calamitatibus conflictantur, plurimum sæpè consolationis se-

cundum corpus et animam, eo loco percipiunt, non obscuris etiâ Deiparæ miraculis ad miserorum solatia concurrentibus: præsertim cum non modo propter MARIAM Deus in templo, sed etiâ in Xenodochio illic plurimis opituletur. Tu. Te Matrem.

Vespera ut in 2. Vesp. SS. Partis.

DIE XXVIII. DECEMBER.

DE IV. DIE INFERA OCTAV.

Semiduplex.

AD MATUTIN.

HYMNUS 167.

Qualis, Virgo, tibi gloria surgit!
Æterni soboles diva Parentis
En illapsa tuam cælestis alvum
Mollis membra sibi corporis aptat.
O felix! levitèr quàm gravat intus
Ipsum Numen onus! Virgo colenda
Quæ nutrice ubere lactat
Natum, quo geminus pascitur orbis.

In Matrem resilit gloria Nati:
In Natum resilit gloria Matris:
O quàm cara Deo, quàm Deus ipse
Consortem proprii reddit honoris!
Laussumma Triadi, quæ ibi sacra
Templum virginæ, templa dicavit:

Quo vult Genitrix Natus amari
Te mens nostra colat semper amore.
Amen.

IN I. NOCT.

Dd Isaia Propheta.

LECTIO 1.

c. 35. 1.
Lætabitur deserta et invia, et exultabit solitudo, et florebit quasi lilium. Germinans germinabit, et exultabit lætabunda et laudans: gloria Libani data est ei: decor Carmeli et Saron: ipsi videbunt gloriam Domini, et decorem Dei nostri. Confortale manus dissolutas, et genua debilia roborate. Dicite pusillanimis: confortate, et nolite timere:

Ecce Deus vester ultionem adducet retributionis: Deus ipse veniet, et salvabit vos. Tu. g.

LECTIO 3.

Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum palebunt. Tunc sicut sicut cervus claudis, et aperta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt in diserio aque, et torrentes in solitudine. Et quæ erat arida, erit in stagnum, et sitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami et junci. Tu. g.

LECTIO 3.

Et erit ibi semita et via, et via sancta vocabitur: non transibit per eam pollutus, et hæc erit vobis directa via, ita ut stulti non errent per eam. Non erit ibi leo, et mala bestia non ascendet per eam, nec invenietur ibi, et ambulabunt, qui liberali fuerint. Et redempti à Domino convertentur, et venient in Sion cum laude et lætitia sempiterna super caput eorum; gaudium et lætitiâ obtinebunt, et fugiet dolor et gemitus. Tu. g.

IN II. NOCT.

Sermo S. Thomæ Arch. Valentini.
Concion. de Partu B. V. M.

LECTIO 4.

Nunquam profecto auditus, neque visus est talis partus ab initio, neque unquam videbitur in æternum. Partus sine dolore, partus sine corruptione, partus sine anxietate, partus, ut ita dicam sine partu, partus denique omni gaudio et jucunditate plenissimus. Et quidem in statu innocentie fuisse partus omnino sine dolore, et si Patri Augustino creditur, sine corruptione: parerent namque secundum eum mulieres integre et incorrupte, sed nullus partus fuisse ita mundus, ita purus, ita sacer et miraculosus. Tu. g.

LECTIO 5.

Quàm pulchrè describit hunc partum Propheta Isaias, dicens: Germinans germinabit: florebitque quasi lilium. Et exultabit lætibus, et laudans. Germinans germinabit: quia sola germinabit, quia sine viro germinabit. Sicut lilium: optima similitudo: quàm pulchrè edicit Saluator ex Virgine, spiramini odoris ex flore comparatur. Nam sicut flos propter odorem suum non perdit decorem, cum odor imilitur, sic illa propter saluatorem virginitalis candorem non perdit, cum nascitur. Et exultabit lætibus et laudans, id est, cum jubilo et cantico inenarrabili. Tu. g.

LECTIO 6.

O Virgo sacra! Quis explicare sufficiat tuorum gaudiorum exuberantiam in hac hora? Quis vel mente recollere fluctus illos inundantes celestium deliciarum, et suavilatum, quibus cor tuum fluctuat in hoc partu! Opectus virgineum, plus quàm aneum, vel adamantinum! Quales spiritus sustines impetus, quibus deliciarum fluctibus agitaris? Tu. g.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 6.
In illo tempore: Impleti sunt dies MARLE, ut pareret. Et peperit Filium suum primogenitum. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Homil. 2. super miss.

Gloriatur Beata Virgo de suo partu, non in se, sed in ipso quem peperit. Deus siquidem (Deus enim est, quem peperit) Matrem suam singulari in celestibus donaturus gloria, singulari in terris prævenire curavit et gratiâ, quia videlicet ineffabiliter, et intacta conciperet, et pareret incorrupta. Porrò Deum

DIE XXIX. DECEMB.

INCOMPARABILITAT.

B. MARLE V.

Duplez.

Omnia dicuntur ut in die SS. Partus nisi transferatur extra hanc Octav.

Oratio.

Præstia, quæsumus, Omnipotens Deus, ut qui incomprehensibilem humano intellectui Beatissima: Virginis MARLE dignitatem veneramur in terris, ipsam in cælis contemplari mereamur. Per Dominum.

IN I. NOCT.

Si transferatur extra Oct. Lect. 1.

Noct. de ferid.

De Isaiâ Propheta.

LECTIO 1. c. 4. v. 1.

Consolamini, consolamini, popule meus, dicit Deus vester. Loquimini ad cor Jerusalem, et advocate eam: quoniam completa est malitia ejus, dimissa est iniquitas illius: suscepti de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Tu. g.

LECTIO 2.

Vox clamantis in deserto; parale viam Domini: rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis valis exaltabitur, et omnis mons, et collis humiliabitur, et erunt prava in directa, et aspera in vias planas. Et revelabitur gloria Domini, et videbit omnem caro pariter, quod os Domini locutum est. Tu. g.

LECTIO 3.

Vox dicentis: Clama. Et dixi: quid clamabo? Omnis caro fenum, et omnis gloria ejus, quasi flos agri. Exsiccatum est fenum, et cecidit flos, quia Spiritus Domini sufflavit in eo. Vere fenum est populus: exsiccatum est fenum, et cecidit flos: Verbum autem Domini nostri manet in æternum. Tu. g.

hujusmodi decebat nativitas, quâ non nisi de Virgine nasceretur. Talis congruebat, et Virgini partus, ut non pareret nisi Deum. Tu. g.

LECTIO 8.

Proinde Factor hominum, ut homo fieret, nasciturus de homine talem sibi ex omnibus debuit eligere, imò condere Matrem, qualem et se decere sciebat, et sibi noverat placituram. Voluit itaque esse Virginem, de quâ immaculata immaculatus procederet omnium maculas purgaturus. Voluit et humilem, de quâ mitis et humilis corde prodiret, harum in se virtutum omnibus saluberrimumque exemplum ostensurus. Tu. g.

LECTIO 9.

Dedit Virgini partum, qui ei jam ante et virginitalis inspiraverat votum, et humilitatis prorogaverat meritum. Alioquin quomodo eam Angelus in sequentibus gratiâ plenam pronuntiat, si quippiam vel parum boni, quod ex gratiâ non esset, habebat? Uigitur, quæ sanctum sanctorum conceptura erat, pariter et paritura, sancta esset corpore, accepta donum virginitalis; ut esset et mente, accepta et humilitatis. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex Concilio Mediolanensi.

Ann. 678. habetur inter præambula. Con. 3. Constantinop. Conc. T. 16. Pag. 45.

431. Duas Nativitates ejusmodi ipsius Unigeniti Dei Verbi confitemur: ante sæcula quidem ex Patre incomparabiliter natum: in ultimis autem diebus ejusdem ipsius Incarnationem de Sanctâ gloriâ Dei Genitrice et semper Virgine MARIA. Tu.

Vesper. Dupl. ut in 2. Vesp. SS. Partus.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardini Senensis.
Sermo de Nativ. B. V. M. c. 12.

LECTIO 4.

Sicut divina perfectiones omni intellectu sunt incomprehensibiles, sic perfectiones gratiarum quas Virgo suscepit in Conceptione Filii Dei soli intellectui Divino, Christo et sibi comprehensibiles extiterunt. Et quidem quod Deus generaret Deum, nulla requirebatur in Deo dispositio, cum ei ex natura conveniret, ut per viam naturæ et intellectus produceret Verbum sibi æquale: immo impossibile est, quod non generet Deum propter suam fecunditatem. Sed quod femina conciperet, et pareret Deum, est et fuit miraculum miraculorum. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Oportuit enim, ut sic dicam, feminam elevari ad quandam aequalitatem divinam per quandam quasi infinitatem perfectionum, et gratiarum, quam aequalitatem nunquam creatura experta est. Unde credo, quod ad illam abyssum imperscrutabilem omnium charismatum Spiritibus Sancti, quæ in beatam Virginem descenderunt in hora divinae conceptionis, intellectus humanus vel angelicus nunquam potuit attingere. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Quod declarans Angelus Gabriel, cum ab eo quæreret beata Virgo, ac diceret: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco! Respondit Angelus: Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Quasi dicat: quod à me quæris, ignoro, sed æternæ sapientiæ doctor, qui tibi soli hoc altissimum mysterium reseravit, te per illuminatissimam experientiam edocebit. Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Si transferatur extra Octav. Homil. de Comm. pro Duplex.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 6.

In illo tempore: Impleti sunt dies MARIE, ut pareret. Et peperit Filium suum primogenitum. Et reliq. Homilia S. Zenonis Veronensis Ep.

Serm. 3. in Nativ. Christi.

In hominem coaptatus, in tegumento carnis includitur Deus: humanamque vitam mutuatur de tempore, qui præstat temporibus aternitatem. Mira res! Concipit MARIA de se ipso quem parit: tumet uterum majestate, non semine. Captive Virgo, quem mundus, mundi que non capit magnitudo. Interea promovet suum membra factorem, et opus sui figurâ vestit artificem. Tu. ꝑ.

Bened. Cujus Partum colimus.

LECTIO 8.

Parturit MARIA non dolore, sed gaudio: nascitur sine Patre Filius, non totus Matris: sibi debens quod conceptus est, donans Matri quod natus, quæ principaliter stapet talem sibi Filium provenisse, qui ex se natus non crederetur, nisi quia fuit Virgo incorrupta post conceptum, permaneret talis quoque post partum. O nova ratio! Amore imaginis suæ coactus in infantem, vagit Deus: patiturque se pannis alligari, qui totius mundi debita venerat soluturus. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Montoleensis.

Ex monumentis.

Montolei, quinque ab urbe Ilerdæ milliarius, Deiparæ Sanctissimæ lignæ Imago non exiguè collitur, quæ antiquitus velo, quod nunc adhuc asservatur, cooperta, in vicino colle inventa fidelitèr traditur.

LECTIO 2.

Præius in Sacello ibidem structo locata, postea, crescente oppido, ad parrochiale templum. Galindo Ilerdensi Episcopo, ædificatum eique dicatum, translata fuit. Ingens est erga eam et Montoleensem, et vicinorum pagorum pietas: Nec desunt curatioum gratiæ præsertim in oeris herniâ laborantibus. Pe-stis quoque, quæ his temporibus circumstantes pagos sævè afflixit, Montoleum, Diva Virgine oppulante, pertransit. Tu. Te Matrem.

Vesperæ de infra oct. SS. Partis.

DIE XXX. DECEMB.

DE VI. DIE INFRA OCTAV.

Semiduplex.

AD MATUTIN.

HYMNUS 168.

O gloriosa Virginum,
Regina celo celsior,
Quanto MARIA fœnore
Reddis, quod Eva perdidit.
Cunctis Deum Virgo parisi,
Desideratum gentibus:
Vitam datam per Virginem
Gentes redemptæ plaudite.
Et nos Dei Virgo Parens,
Vultu benigno respice:
Placabilem tuâ prece
Fac esse nobis Filium.
Jesu, tibi sit gloria, &c.

IN I. NOCT.

De Isaiâ Prophetâ.

LECTIO 1. Isai. 42. 1.

Ecce servus meus suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi Spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox ejus foris. Calamum quasatum non conteret, et lignum fumigans non extinguet: in veritate educet iudicium. Tu. ꝑ.

Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terrâ iudicium: et legem ejus insule expectabunt. Hæc dicit Dominus Deus creans caelos, et extendens eos: firmans terram, et quæ germinat eis: eâ: dans statum populo, qui est super eam, et spiritum calcantibus eam. Ego Dominus vocavi te in iustitiâ, et apprehendi manum tuam et servavi te. Tu. ꝑ.

LECTIO 3.

Et dedi te in fœtus populi in lucem gentium, ut aperires oculos eorum, et educeres de carcere vinculum, de domo carceris sedentem in tenebris. Ego Dominus: hoc est nomen meum: gloriam meam alteri non dabo, et laudem meam sculptilibus. Quæ prima fuerunt, ecce venerunt: nova quoque ego annuntio: antequam oriantur, audita vobis faciam. Tu. ꝑ.

IN II. NOCT.

Sermo S. Maximi Ep.
Homilia 6. de Nativ. Dom.

LECTIO 4.

Hodiè nova feminei sexus gloria peperit Virgo, et quod universa nobiscum creatura miratur, natus est homo, non per hominem procreatus. Sed quamvis novus videatur, non tamen incredulum, quod Christus in utero MARIE sine generatione conceptus est, qui de Deo Patre sine conceptione processit. Quod enim Deus est, solus Patris est Unigenitus: quod homo est, solus Matris est Filius. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Nascitur Christus ex MARIA, ut et sexus femineus hominem daret, et Deum proderet integritas virginitalis. Nascitur Christus ex femina ut sicut Adam decipiente per Evam diabolum non potuit præcavere, ita

diabolus adventaneum per MARIAM Deum non deprehenderet esse presentem. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Parturit igitur femina salutem mundi, et quæ exiliterat fames iniquitatis, fieret ministra justitiæ, et per quam mors sibi in hunc mundum adytum patefecit, per eam ad nos via haberet ingressum. Atque ut ostenderet Creator humani generis utriusque sexus curam habere, et utrumque se velles salvare, vir nascitur et procedit ex femina, quatenus advertemus nullum esse apud Deum inter virum et feminam in percipiendâ salute distantiam. Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 6.

In illo tempore: Impleti sunt dies MARIA, ut pareret. Et peperit Filium suum primogenitum. Et reliq.

Homilia S. Leonis Papæ.

Sermo 2. de Nativitate.

Nova autem natiuitate genitus est Christus; conceptus à Virgine, natus ex Virgine, sine palernæ carnis concupiscentiâ, sine maternæ integritatis injuriâ, quia futurum hominum Salvatorem talis ortus decebat, qui et in se haberet humanæ substantiæ naturam, et humanæ carnis inquinamenta nesciret. Origo dissimilis, sed natura consimilis: humano usu et consuetudine, quod credimus, car et; sed divinâ potestate subnixum est, quod virgo conceperit, virgo pepererit, et virgo permanserit. Tu. ꝑ.

Benedict. Cujus Partum.

LECTIO 8.

Oportuit, ut primam Genitricis integritatem nascentis incorrupto custodiret, et complacitum sibi claustrum pudoris, et sanctitatis hospi-

tiū divini Spiritûs virtus infusa servaret, quæ statuerat dejecta erigere, contracta solidare, et superandis carnis illecebris multiplicatam pudicitiam donare virtutem, ut virginitas, quæ in aliis non poterat salva esse generando, fieret aliis imitabilis renascendo. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Hoc ipsum autem, quod Christus nasci eligi ex Virgine, nonne apparet altissimæ fuisse rationis? Ut scilicet humano generi natam salutem diabolus ignoraret, et spiritali latente conceptu, quem non alium videret, quàm alios aliter erederet natum esse quàm cæteros. Quod, ut fieret, natus est Christus ex Virgine, quam Spiritus Sanctus fecundavit, et cum in omnibus matribus non fiat sine peccati sordis conceptio, hæc inde purgationem traxit, undè concepit. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex D. Thomâ Arch. Valentino.

Conc. 1. in Purific.

452. Partus Virginis mundissimus et sanctissimus fuit, et procul ab omni illâ fœditate parientium: nam sicut flos mittit odorem, ita Virgo edidit Salvatorem. Tu. Vesper. ut in 2. Vesp. SS. Partis.

DIE XXXI. DECEMB.

D. V. BRIXIENSIS DE CONSOLAT.

Semiduplex.

Si hoc festum transferatur, in 1. Noct. dicuntur lectio. de fer. occur. et in 3. Noct. dicitur Homil. de Comm. pro Semiduplicibus.

Oratio.

Domine JESU-Christe, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, concede propitius, ut sicut purissimam Genitricem tuam sub Consolationis titulo gaudentes

veneamur in terris, ita perenni ejusdem consortio perfuri mereamur in cælis. Qui vivis et regnas.

IN I. NOCT.

De Isaïâ Propheta.

LECTIO 1. c. 52. 7.

Quàm pulchri super montes pedes annuntiantis, et prædicantis pacem; annuntiantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus! Vox speculatorum tuorum: levaverunt vocem, simul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt, cum converterit Dominus Sion. Tu. ꝑ.

LECTIO 2.

Gaudete et laudate simul deserta Jerusalem: quia consolatus est Dominus populum suum, redemit Jerusalem. Paravit Dominus brachium Sanctum suum in oculis omnium gentium: et videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Tu. ꝑ.

LECTIO 3. c. 3.

Eccè intelliget servus meus, exaltabitur, et elevabitur, et sublimis erit valde. Sicut obstuperunt super te nulli, sic inglorius erit inter vivos aspectus ejus, et forma ejus inter filios hominum. Iste asperget gentes multas, super ipsum confinebunt reges os suum: quia quibus non est narratum de eo, viderunt: et qui non audierunt, contemplantur. Tu. ꝑ.

IN II. NOCT.

Gumpen. Imag. 23.

LECTIO 4.

In suburbio urbis Brixienis in Italia, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio, inter tot Desipare insignes lentores civis vixit, cæteris felicior. Hic columnam à laterculo erexit in ipso suburbio, eique statuam Desipare tantâ felicitate imposuit, ut quàm plurimum accurrens populus non

se gratis imaginem venerari experiretur. Hi favores, hi miracula sibi suisque à Virgine collata non vanis rumoribus iactabant. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Post plures anno Sancta Icon urbem reverenter allata est, novoque à fundamentis erecto templo exopta. Hic novis modis portentosa esse cepit: siquidem, ut tempora, temporumque calamitates ferebant, Filium quem brachio sustinuit, visa est rogare Virginis pieta imago. Hinc oculos, hinc illa manus supplicantis ritu in Filium ferebat. Filius ejus quoque intueri visus est motis oculis Matrem, et ut scires exauditas Matris preces manum pictam pectori admovit. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Res ad Episcopum delata, in iudicium vocata est, et testibus, quos jura exigunt, pluribus auditis, confirmata est: quanquam et sine his tot lætæque potentibus cum fiducia faciæ sunt gratiæ, ut man voce populi Mater Consolationis et gratiarum sit appellata. Inde congeste in thesaurum pecuniæ facilè suffecerunt ad magnificentum, quod hodie videtur, templum elevandum. Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 6.

In illo tempore: Impleti sunt dies MARLE ut pareret. Et peperit Filium suum primogenitum. Et reliqua.

Homilia S. Thomæ Arch. Valentini.

Concion. de Partu. B. M. V.

Dic nobis, o beata! Quid sensisti, quando parvulum illum speciosissimum coram te in pavimento jacentem, tam mirabiliter natum vidisti? Quando te Matrem et Virginem, Virginem et Matrem Dei

sensisti? Quando te super omnem creaturam sublimatam et exaltatam, ut pote Creatoris Genitricem liquidò cognovisti? Tu. ꝑ.

LECTIO 8.

Dic, obsecro, quibus eum verbis salutasti, quibus laudibus sublimasti, quo júbilo, quo tripudio, quò cantico in hac horâ exultasti? Et quod magis stupeo: cum ardore illos plusquam seraphicos pectore suslineris, et cor tuum, sicut Spiritus Sancti caminus mirificis aestibus undiquè deflagaret, non tamen in extasim raptâ, aut à sensibus alienata es. Magnum profecò, stupendumque miraculum, et summodum memorie commendandum. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Livorniensis de Monte-Nigro.

Gumpenb. Imag. 246.

Statua Deparæ Sanctissimæ de Monte-Nigro in saxo pergrandi sculpta, creditur, anno millesimo trecentesimo quadagesimo quinto, è nigro ponte in nigrum montem ab angelis allata, et medio in campo primùm ad radicem montis deposita: Deindè ab eo loco jussu Virginis quidam pastorilis saxum illud, cui plures non sufficerent, non gravatè sustulit, illudque in locum, ubi hodiè est, deportavit, Urbem postea petit, quinque milibus distantem, et lacrymis civibus suade', irent visum prodigiosum statuae pondus, quam ipse solus illuc portaverat. Fuere Livurnienses primi, qui primos Virginis favores captaverant, qui et prima dona votorum rei acceperunt: quibus moniti ceteri suas quoque quibus miserias Virgini questus est et pios questus secuta sunt miracula. Hinc Sacellum, et ex sacello templum, et deniquè adjuncium

Religiosorum cœrobum. Tu. Te Matrem. *Vesperæ sequentis.*

FESTA JANUARI.

DIE I. JANUARI.

CIRCUMCISION, DOM. ET OCTA. SS. PARTUS.

Duplex 2. Classis.

IN I. VESPER.

Antip. et Psalmi, et alia non propria ut in die SS. Partus.

CAPITULUM. *Epã. c. 1. 6.*

Gratificavit nos Deus in dilecto Filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, secundum divitias gratiæ ejus.

HYMNUS 169.

Felix dies, quo proprio JESUS cruore consecrat!

Felix dies, quo gestit!

Opus salutis aggredi!

Vix natus, ecce lactem

Profudit Infans sanguinem:

Libamen est hoc funeris,

Amoris Locus præludium.

Quo Christus iclu læditur,

Lex abrogata concidit,

Et incipit lex sanctorum,

Mansura semper charitas.

Te, Christe, quod non est tuum

Nostro recide pectore;

Inscribe nomen intimis,

Inscribe legem cordibus.

JESU, tibi sit gloria, etc.

ꝑ. Dilectus meus cardidus et rubicundus.

ꝑ. Inter ubera mea commorabitur.

Ad Magnific. ant. Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus JESUM, alleluia.

*Oratio de Laudib.**Completor. de Dominic.*

AD MATUTIN.

Invitator. Filium MARLE secundum legem circumcisum, Venite, adoremus.

HYMNUS 170.

Castæ parentis ubera,
O Christe, quid quædam præmis?
Divinitatis hospitam
Quid lacte carnem recreas?

Agnosco, JESU, quid velis:
Summo Parenti scilicet
Pleno vigentem robore
Ardes parare victimam.

Venas remixtum per sacras
Mox sanguis istud lac erit,
Fususque per plagas cruror
Orbis piabit crimina.

O Virgo, quæ tuis Deum
Foves in ulnis Filium,
Hunc nos sub imis nos quoque
Gestare dona cordibus.

Fac sanguis ille purior

De lacte concretus tuo,

Certè tuis clientibus

Sit fons salutis efficac.

JESU tibi sit gloria, etc.

IN I. NOCT.

ꝑ. Sit nomen Domini benedictum.

ꝑ. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

De libro Genesis.

LECTIO 1. *c. 17. v. 1.*
Apparuit Abrahæ Dominus: dixit ad eum: Ambula coram me, et esto perfectus. Ponamque fœdus meum inter me, et te, et multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit Abraham pronus in faciem. Dixitque ei Deus: Ego sum, et pactum meum tecum, erisque Pater multarum gentium. Tu. ꝑ.

LECTIO 2. *v. 9.*

Dixit iterum Deus ad Abraham: Et tu ergò custodies pactum meum, et semen tuum post te in generationibus suis. Hoc est pactum meum, quod observabitis inter me, et vos,

et semen tuum post te: circumcidetur ex vobis omne mâsculinum: et circumcidetis carnem preputii vestri, ut sit in signum fœderis inter me, et vos. Tu. ꝑ.

LECTIO 3.

Infans octo dierum circumcidetur in vobis, omne masculinum in generationibus vestris: tam vernaculus, quam emptius circumcidetur, et quicumque non fuerit de stirpe vestrà: erique pactum meum in carne vestrà, in fœdus æternum. Masculus cujus preputii caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Tu. ꝑ.

IN II. NOCT.

ꝑ. Circumcisus est puer.

ꝑ. Et vocatus est JESUS.

Sermo S. Bonaventuræ Episcopi. *In meditat. Vitæ Christi, c. 8.*

LECTIO 4.

Audis, quia hodiè puer sanguinem suum fudit. Fuit enim caro ipsius cum cuncto lapideo incisâ. Nonne ergò compatiendum est ei? Ita. Sic cerè ei Matri. Ploravit ergò puer JESUS hodiè propter dolorem, quem sensit in carne suâ, nam veram carnem et possibilem habuit, sicut cæteri homines. Sed eo plorante, credisne, quod mater potuerit lacrymas continere? Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Plorabat ergò ipsa, quàm plorantem Filius stans in gremio ejus aspiciens, parvulam manum suam ad os, et vultum ejus ponebat, quasi nutu rogans eam, ne ploraret: quàm enim tenerrimè diligebat, à ploratu cessare volebat. Similiter Mater, cujus viscera commovebantur solaciter in dolore, et lacrymis Filii, et nutu et verbis consolabatur eum. Tu. ꝑ.